

Glossa in Ecclesiasten

Conspectus siglorum

<i>B</i>	Bamberg, Staatsbibliothek, Msc.Bibl.69; 1135–40, Laon
<i>L</i>	Laon, Bibliothèque Municipale, 57; pre-1140, Laon
<i>G</i>	Grenoble, Bibliothèque Municipale, 32; pre-1140, Laon
<i>T</i>	Cambridge, Trinity College, B.1.39; 1140–50, Northern France
<i>T</i> ₄	Troyes, Médiathèque Du Grand Troyes, 1481; 1140–50, Laon/Champagne
<i>P</i>	Cambridge, Pembroke College, 64; 1st half 12c, Bury St. Edmunds
<i>H</i>	Hereford Cathedral, P.II.10; mid-12c, England
<i>Bu</i>	London, British Library, Burney 17; 1140–60, France
<i>V</i>	Vatican City, BAV, Vat. Lat. 110; 2nd half 12c, Italy
<i>Bl</i>	London, British Library, Add. 54230; late 12c, England
<i>W</i>	Worcester Cathedral Library, Q. 80; pre-1200, England
<i>U</i>	Cambridge, University Library, li.3.18; c. 1200, England
<i>A</i>	Oxford, Bodleian Library, Ms. Auct. D.1.6; 1st half 13c, England
<i>C</i>	Cambridge, Corpus Christi College, 202; 13c, England
<i>L</i> ₁	London, Lambeth Palace Library, 335; 13c, Llanthony Priory
<i>R</i> ₁	London, British Library, Royal 2.D.XI; 13c, England
<i>T</i> ₁₃	Cambridge, Trinity College, B.1.13; mid- to late 12c, Northern France
<i>α</i>	conjectured ancestor of <i>B T₄ L_{Bu} GCTP W</i>
<i>β</i>	conjectured ancestor of <i>Bl V L₁ AHU</i>
<i>γ</i>	conjectured ancestor of <i>L_{Bu}</i>
<i>δ</i>	conjectured ancestor of <i>GCTP W</i>
<i>ε</i>	conjectured ancestor of <i>AHU</i>
<i>ζ</i>	conjectured ancestor of <i>HU</i>
<i>ω</i>	conjectured ancestor of <i>B T₄ L_{Bu} GCTP W Bl V L₁ AHU</i>
<i>Web</i>	<i>Biblia sacra: iuxta Vulgatam versionem</i> (5th ed., 2007)
<i>Vet. Lat.</i>	<i>Bibliorum sacrorum latinae versiones antiquae, seu Vetus Italica</i> (Rheims, 1743)
<i>Hier</i>	<i>Der Koheletkommentar des Hieronymus</i> , ed. and trans. Elisabeth Birnbaum and Michael Margoni-Kögler (Berlin, 2014)
<i>Hier codd.</i>	Select manuscripts of Jerome's commentary as reported in Jerome, <i>Commentarius in Ecclesiasten</i> , ed. Marc Adriaen, CCL 72 (Turnhout, 1959)
<i>p</i> ^{Hier}	Paris, Bibliothèque nationale de France, Lat. 13349; 8c, Northern France (as reported in Jerome, <i>Commentarius in Ecclesiasten</i> , ed. Adriaen)

Abbreviationes

<i>a.c.</i>	<i>ante correctionem</i>	<i>conj.</i>	<i>conicit/coniecit/conieci</i>	<i>sqq.</i>	<i>(et) sequentes</i>
<i>add.</i>	<i>addidit/addiderunt</i>	<i>fort.</i>	<i>fortasse</i>	<i>tr.</i>	<i>transposuit/transposuerunt</i>
<i>attr.</i>	<i>attribuitur/attribuuntur</i>	<i>m.rec.</i>	<i>manus recentior</i>	<i>vid.</i>	<i>vide</i>
<i>cfr</i>	<i>confer</i>	<i>om.</i>	<i>omisit/omiserunt</i>		
<i>codd.</i>	<i>codices</i>	<i>p.c.</i>	<i>post correctionem</i>		

An asterisk (*) after a lemma signifies the presence of this lemma in the manuscripts. Significantly altered references are prefaced with *cfr* in the *apparatus fontium*; *vid.* prefaces more general references to stories and events of the Bible. See the full explanation of the presentation of the text, as well as the *stemma codicum*, in Chapter 5.

CAPVT I

1 Verba Ecclesiastes, filii David, regis Hierusalem.**2 Vanitas uanitatum, dixit Ecclesiastes. Vanitas uanitatum et omnia uanitas.**

VANITAS: 'Omnia uana canit rutilo sub sole secundus
Cui res est phisicas enumerare labor.'

VANITAS: *Vniuersa uanitas, omnis homo uiuens*. Si uiuens homo uanitas est. Ergo 5
mortuus VANITAS VANITATUM.

cfr 3:11 VANITAS: Omnia que a bono creata sunt bona sunt in suo ordine, sed ad Deum comparata pro nichilo sunt reputanda, dum cogitantur transire et senescere. Vnde inuitans hominem ad Deum, qui semper idem est, cogitur dicere non semel sed bis: VANITAS VANITATUM, ut cognita rerum natura incipiat displicere. 10
Placeat uero quod semper idem est, uel quia *uanitati subiecta est creatura, et ingemiscit et parturit* et *prestolatur reuelationem filiorum Dei*. Et nunc *ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus* tamdiu omnia uana sunt, donec *ueniat quod perfectum est*.

VANITAS: Sicut in *Canticis Canticorum* excellens carmen ostenditur, ita in VANI- 15
TATE VANITATUM uanitatis magnitudo monstratur.

3 Quid habet amplius homo de uniuerso labore suo quo laborat sub sole?

AMPLIUS: nisi uanitatem

SUB SOLE: sub sole sunt omnia mutabilia; super solem eterna

QUID HABET: Post generalem sententiam quod omnia sunt uana, ab hominibus 20
incipit, quod frustra in congregandis diuitiis, ad discendis artibus, construendis
5:14 edificiis laborent, cum inter media opera subito moriantur et DE LABORE SUO
NICHIL SECUM ferant, sed nudi reuertantur in terram.

2 et] *B; om. Hier, Web* 3-4 Omnia ... labor] *om. GP* 3 rutilo] *rutilans εT*

3-4 Omnia ... labor] Theodulfus *Praef. Bibliothecae*. Dümmler, *MGH: PLAC*, 1.534. 63-4.

5-156 Vanitas¹ ... prouenire] *cfr Hier. Comment. in Eccles.* (ed. Margoni-Kögler) 52-70.

5 Vniuersa ... uiuens] Ps. 38:6.

11 uanitati ... creatura] Rom. 8:20.

12 ingemiscit ... parturit] Rom. 8:22.

12 reuelationem ... Dei] Rom. 8:19.

12-13 ex ... prophetamus] 1 Cor. 13:9.

13-14 ueniat ... est] 1 Cor. 13:10.

4 Generatio preterit et generatio aduenit. Terra uero in ęternum stat.

25 GENERATIO: aliis morientibus alii nascuntur

GENERATIO: Allegorice: Prima generatio Iudeorum recedit et succedit generatio de gentibus congregata. TERRA autem, id est mundus iste, tamdiu durat, donec omnis ecclesia introeat, quia cum p̄dicatum fuerit euangelium in toto orbe, tunc erit finis. Et imminente consummatione *ęelum et terra transibunt*.

30 TERRA: TERRA quę causa hominum est facta manet. Dominus terrę in puluerem soluitur. Quid hoc uanius?

5 Oritur sol et occidit et ad locum suum reuertitur, ibique renascens.

AD LOCUM SUUM: AD LOCUM SUUM DUCIT

AD LOCUM SUUM: ad consessum Patris

35 ORITUR SOL: Sol qui datus est mortalibus in lucem suo ortu et occasu humanam ętatem labi et interire dum non intelligit indicat.

SOL: *Sol iusticie, in cuius alis est sanitas, timentibus oritur et pseudoprophetis occidit meridie*, et cum mortuus fuerit, in LOCUM SUUM nos trahit, id est ad Patrem. Iste SOL OCCIDIT Iacob de terra sancta egredienti et ORITUR dum intrat terram

40 promissionis.

6 Girat per meridiem et flectitur ad aquilonem. Lustrans uniuersa circuitu pergit spiritus et in circulos suos regreditur.

FLECTITUR: post autumnale ęquinoctium

45 IN CIRCULOS: quia cum omnia traxerit ad se et uniuersos suis radiis illuminauerit, fit restitutio principaliter et est *Deus omnia in omnibus*

GIRAT: Cum Patre regnans GIRAT PER MERIDIEM. His qui frigore tribulationum

31 Quid ... uanius] *om. γ* 43 autumnale] autumnalem *B* 45 principaliter] principalis *ζ, Hier*

28 p̄dicatum ... orbe] *cfr* Mt. 24:14.

29 ęelum ... transibunt] Luc. 21:33

30-31 in ... soluitur] *cfr* Gen. 3:19.

33 ad ... ducit] *Hier. In Eccles.* 56.5.1.

35 datus ... lucem] *cfr* Iob 3:20.

37 Sol² ... oritur] Mal. 4:2.

37-38 pseudoprophetis ... meridie] Am. 8:9, *cfr* Mi. 3:6.

38 cum ... trahit] *cfr* Ioh. 12:32-3.

39-40 Iste ... promissionis] *cfr* Gen. 28:11, 32:31.

44 omnia ... se] *cfr* Ioh. 12:32.

45 restitutio] *cfr* Act. 3:21.

45 Deus ... omnibus] 1 Cor. 15:28.

et hiemis artantur (ab aquilone enim exardescunt mala super terram) uicinior est. His uero qui in parte boreę habitant et calore priuantur ęstiuo procul incedit.
 1:5 SOL enim cum per austrum currit uicinior terrę est; cum per aquilonem sublimis attollitur. 50

PER MERIDIEM: * Hyemis tempore SOL ad meridianam plagam currit, per estatem est uicinus septentrioni, cum per ęquinoctium uernale transit.

PERGIT SPIRITUS: * Id est SOL, quod quasi animal spiret et uigeat et annuos orbis suo cursu explet uel de cottidianis eius semitis agit. Obliqua enim linea per austrum pergit ad boream et ita reuertitur ad orientem. Vel spiritus quod est 55

‘Lucentem globum lunę et Titania astra.
 Spiritus intus alit, totamque infusa per artus.
 Mens agitat molem, et magno se corpore miscet.’

7 Omnia flumina intrant mare et mare non redundat. Ad locum unde exeunt flumina reuertuntur, ut iterum fluant. 60

AD LOCUM: ad capita fontium per occultas uenas redeunt et de matrice abissi in sua ebulliunt principia

OMNIA FLUMINA: Alia translatio: OMNES TORRENTES, id est homines, qui cito intercidunt, INTRANT MARE, id est redeunt *in terram de qua sumpti sunt*, nec 1:8 IMPLETUR terra multitudine mortuorum. Vel TORRENTES, id est turbidę aque, 65 in MARE unde substiterant REVERTUNTUR, et MARE insatiabile non IMPLETUR, quomodo et in Prouerbiis *filię sanguisuge*.

TORRENS: Quando sine additamento ponitur, in malo solet accipi.

8 Cuncte res difficiles; non potest eas homo explicare sermone. Non saturatur oculus uisu, nec auris impletur auditu. 70

CUNCTE: ne credat aliquis sibi ocioso et nota facienti scientiam dari

DIFFICILES: Non solum de phisicis sed et de ethicis difficile est scire. Nec sermo ualet EXPLICARE causas et naturas rerum, nec OCLUS, ut rei poscit dignitas, intueri nec AURIS ad summam scientiam peruenire instruente doctore.

54 explet] expleat ζ, Hier 55 quod] qui β et²] om. β 61 abissi] abisso β, Hier
 71 ocioso] ociosa B^{a,c}. γ€TC nota] ω uota Hier

47 ab ... terram] *cf* Ier. 1:14.

56–58 Lucentem ... miscet] Verg. *Aen.* 6:725–7.

63 Omnes torrentes] Hier. *In Eccles.* 58.7.1.

64 redeunt ... sunt] *cf* Gen. 3:19.

67 filię sanguisuge] *cf* Prov. 30:15.